



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 76. 77. De bonis traditis in villis Hottenheim et Scherva in pago Hessi Saxonico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
826 usque
853 im-
perante
Hludo-
uico et

§. 74.

Tradidit cilger presbyter in *lianbeke* (Y) in uice tiadonis (Z). quidquid ille tiado ibi habuit. testes abbi uerindac uualdman.

§. 75.

Tradidit hobert in *bionbus* (a) iurnales XX. testes benno edic frederic rumoldt.

tradidit uuulfhard in *marcberteshus* (b) quidquid ibi habuit. testes odi folcher othelm.

§. 76.

Tradidit ricdag in uice *bernic* (c) defuncti quidquid ille habuit in *hot-tenheim* (d). testes lutger bernheri tetuard fridubern helmbody uualding godaco hedo hunuard thancger haduuuard.

§. 77.

Tradidit uuigman in *scherua* (e) in *pago heffi* (f) quidquid ibi habuit. testes addasta marcbodo *bruni* bago berter adalhard albric *ecbert*.

§. 78.

Tradidit emmo in *cogarden* (F) quidquid ibi habuit. testes *alfric* teodric aldmer herigeld hodag dag uuelp.

tra-

in Luncb. Principatu stem iam supra adduximus. Ea enim in regione inueniuntur Walle et Lengebostel; licet in pago *Laingo* in Frisia orientali etiam villa *Waldi* inueniatur, in qua praepositura nostra Meppensem decimam habuit. Vt adeo adhuc incertum sit, quis pagus proprie intelligatur. Aliis perquirendum relinquimus, quicquid hic nobis adhuc est obscurum.

De villa
Lianbe-
ke.

(Y) Villa *Lianbeke* erat in pago *Derlingo*, teste Sarachone in suo *Registro Bonorum et prouentuum abbacie Corbeiensis*. Vbi ea villa quondam existerit, in obscuro latet. Id ipsum iam supra §. 15. indicauimus. *Tiado*, qui teste Registro cit. quatuor mansos in hac villa tradidit, uidetur esse *Marcalcus Thiaddo*, cuius Traditiones nostrae supra meminere §. 24. Ex quo momento apparet, diuitem eum fuisse dominum, quem inter progenitores comitum Supplinburgicorum ex coniectura retulimus infra §. 188. Probe autem haec villa *Lianbeke* discernenda est a villa *Lienbeki* in pago *Suilbergi*.

(Z) De *Tiade* vid. supra §. 24. not. (O)

De villa
Bionhus.

(a) *Bionbus* erat in pago *Hardego*, testante nostro Registro, postea dictum *Banhufen*.

De villa
Marcberteshus.

(b) *Marcberteshus* villa erat in pago *Suilbergi*, postea dicta *Marckhusen*. Hodie locus appellatur *Marxhusen* seu *Merxhusen*, olim in comitatu *Dassel*, ad flumen dictum *die Spörling*, quod deinde per *Mackensen* et oppidum *Dassel* influit in *Ilme* fluuium, qui tandem excipitur a *Leina*, flumine maiori.

(c) *Bernic* nomen proprium, ut uides, est uiri cuiusdam. Inuenitur in episcopatu *Paderbornensi* uicis, seu ut uolunt, oppidum, quod nominatur *Bertric*. An ab hoc nominatum fuerit, incertum.

De villa
Hottenheim.

(d) *Hottenheim* villa erat in pago *Heffi*, testante Registro nostro; dudum uero desolata est. Situs eius fuit haud procul a uicis *Büne* et *Aldorpsen* ad iura dominorum de *Spiegel* spectantibus in episcopatu *Paderbornensi*, in loco seu area dicta *Holtenen* seu *Hoite*, commemoratione dignus.

(e) De *Wigmanno* et villa *Scherua* uide supra §. 48. not. (f)

(f) De pago *Heffi* Saxonico uide supra §. 33. not. (v)

(F) De villa *Cogarden* in pago *Wikanaulde* uide supra §. 70. not. (s)